



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Vouet cum socijs paupertatem. 98

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

meron Toletō oriundus; Simon Rodericus è Lusitaniā, & Nicolaus Bobadilla Palentiā profecti. Paulò pōst securi tres alij, præclara piorum appendix: Claudio Iaius Allobrox; Ioānes Codurius Delphinus; Paschasius Broëttus Ambianensis: Prima Sociorum decas, tot propediem chiliadas paritura. In quibus quā sanguine, quā gente diuersissimis, mirum erat, nihil diuersi apparere: animorum ea fuēre vincula. Et quo tempore Hispania Galliaque hostilibus odijs dissidebant, Hispani Gallique iuuenes æternam societatem coiēre. Hi erant omnes artium bonarum Magistri, & litteris diuinis omnibus iuxta docti. 98 Igitur posteā quām in medium consuluerunt; placuit consensu, ad x viii. Calendas Septemb. aliqua legib. inter se sanctire. Tēplum in suburbano visitur

(Mon-

(Montem Maryruin dicunt) illic
in secessu animis confessione at-
que Eucharistia lustratis , inci-
piunt voti sacramento pauperta-
tem æternam singuli nuncupare:
seque defendendis animorum
periculis impendere : tum in Pa-
lestinam , quâ prima posset expe-
ditione , ducere : aut si amplius
annum vel traijcere , vel ibi dege-
re prohiberentur , in Pontificis
Romani arbitrium denique ac
potestatem , pro nauanda Eccle-
siæ opera , transire . Voto rite sig-
nato , conuenit , IGNATIVM in
Hispanias proficiisci : & quædam
ibi sociorum momenta , resque
alias , in Dei cultum cessuras , ac-
curare: confecto pòst negotio Ve-
netias repetere , & id locorum so-
cios , quorum studia propediem
finiissent , præstolari .

99 Cum huiuscemodi manda-
tis discedit IGNATIUS , & breui
pòst